



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Bonaventvræ Episcopi Cardinalis Albanensis,  
Seraph. Doctoris Ecclesiæ, Speculum Disciplinæ, Et  
Profectus Religiosorum: Libelli ad pietatem vtilissimi**

**Bernardus <de Bessa>  
Bonaventura <Heiliger>**

**Antverpiæ, 1591**

De intentione. Cap. LVIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53148](#)

DE PROF. RELIG. LIB. II. 317  
conuerso oīiosa fabulatio tempus perdit in-  
fructuose, affectū infrigidat, inutiles cogita-  
tiones cordi inscribit, conscientiam rodit, profe-  
ctum spiritualem impedit, pœnam meretur.  
Lectio talis frequentetur, de qua postea non  
sit inutile in oratione cogitare, quæ illumi-  
net ad Dei notitiam, accendat ad eius amo-  
rem, mores bonos instruat, animet ad toleran-  
dum aduersa, mundi contemptum ingerat,  
desiderium patriæ cœlestis inferat, doceat dis-  
cernere inter vitia & virtutes, & vincere tenta-  
tiones, & alia utilia ad salutem. Lectionem sa-  
Hieron. ap. 18. ad Mat. cap. 30. n.  
pe interrumpat oratio, sicut & alias actiones:  
ut sepe mens ad Deum eleuetur, a quo omne  
bonum fluere necesse est.

*De intentione.*

C A P. L I X.

INTENTIO nostra aliquādo mouetur pro  
Deo, aliquādo ad Deū, aliquando in Deum.  
Pro Deo mouetur in actione, quam pro ipso  
specialiter facimus, licet de ipso interim nō co-  
gitem⁹. Ad Deū mouetur in lectione & aliqua  
meditatione, quando de Deo est quod tunc  
mente versamus, & quodāmodo circa Deum;  
licet in ipsum quasi ad secundā personā mētis  
intuitum non dirigamus. In Deum mouetur  
in oratione, quando mens ipsum cogitat, &  
ipsum amplectitur, eiisque affectu devotionis  
adhæret. Quid autem horum utrius sit sim-  
pliciter, est sciendum quòd illud quod magis  
unit hominē cum Deo, scilicet oratio, cùm tota  
beatitudo hominis sit in Deum transformari.  
Alia tamen, quo ad quid quandoque utriora  
sunt: ut cùm propter obedientiā vel charitatem  
proximi intermittitur oratio, & operibus pie-  
tatis insititur, vel cùm discitur in quo magis  
ad bene placitum Deo seruiatur.